



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De excommu[nica]tione & absolutione, earumque causa effi[c]ient[e.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

quod 9. ad idem text. in c. ad nostram, in 1. de iurcir. & in c. quafi. de appellat. est tamen in hoc specialis casus in c. eos. supra isto tit. ubi excommunicatus ab homine vel à iure, absolutus propter aliquod impedimentum ab eo, qui iure ordinario absoluebat non poterat, in eandem priorem excommunicationem non incidit: ipso iure, si sublato, ac cessante impedimento absolute non potest, quia ex causa periculi mortis, aut alio iure iusti impedimenti excommunicatus, absoluitur pro eo, qui alioqui non habebat absoluebat potestatem. Nec in hac specie distinguenda est excommunicatio iuris ab excommunicatione hominis: etiam si Rotæ decisio paulo ante citata velit hac distinctione uti.

Sed & ratio, qua Panorm. & alii tenentes communem sententiam vult esse, non omnino congruit. Nam etià si forma illa sit necessaria ad absoluebat ab excommunicatione, tamen absolutio est absque ea forma, & absque aliis solennitatibus iure pontificio requisitis præstita valet, & tenet gloss. vlt. communiter recepta in cap. cum desideres. de sentent. excom. Franc. in cap. qua fronte. col. pen. de appel. Flor. 3. par. tit. 24. 6. 77. Sylue. in verb. absolutio. §. 3. quorum opinio Communis est, contra Hosti. cui equidem communi opinioni suffragatur text. in cap. venerabilibus. §. sane isto titul. probans, absolutionem ab excommunicatione obtentam ab eo qui potestatem habet absoluebat, validam esse, etiam si iniusta sit, & iniure præstita: cuius decisionis ad hoc præter Dd. ibi meminere Abb. col. vii. & Card. col. 3. in c. ex parte de offi. ord. Fran. & Prapof. in c. quafi. de appell. Abb. in c. qua fronte. col. 5. eo tit. ubi ceteri doct. idem probant ipsiusmet text. autoritate. Imo licet excommunicatio lata post appellationem nulla sit, absolutio tamen data post appellationem ab aduersario propositam ne absoluebatur excommunicatus, valida est, & tenet, quemadmodum ex d. c. qua fronte. expressim adnotarunt Franc. num. 26. & 38. ac Prapof. num. 17. & præmittant alii, quasi hoc sit speciale in animarum fauorem: quamvis Deci. contrarij ibi teneat, nec text. ille admodum urgeat, quia friuola fuit appellatio, de qua in eo responso controuertitur. quibus addit Caiet. in ver. absolutio ab excommunicatione. vers. de iudicialibus. Qui tenet absolutebat ab excommunicatione contra formam iuris præstitam non tenere, sed communem opinionem probat gloss. in cap. de manifestis. 2. q. 1. in verb. iudicialibus. & ea procedit, etià si à constitutione dante formam in specie dictio, nullatenus, aut similibus adiciatur: quasi velit, & præcipiat, nullatenus absolutebat dandam. Etenim nihilominus absolutio absque ea forma præstita ab excommunicatione, valet & tenet: gloss. in vltima opinione, in clem. vnic. in ver. nullatenus. de lequestr. possess. & fr. quam in ea sententia sequitur ibi Card. q. 6. Fel. in c. quod super. his. de fid. instr. col. pen. Iaf. in l. scriuariis. Cod. de test. milit. licet in d. clem. vnic. de hoc dubitauerint Abb. Imo. & Barb. atque contrarium tenuerit Bonifac. secutus priorem opin. gl. quã Iaf. sequitur in l. vlti. §. de feris. nu. 25. & plures alii eandem adnotauerunt ad hoc, quod dictio, nullatenus, inducit decretum irritans, seu irritum decernens contrarium actum: quod minime oberit priori sententiã: siquidem id intelligendum est, nisi materia subiecta didicit, actum alioqui absque ea forma validum fore. gl. in c. pueri. 1. q. 1. not. Areti. in c. de causis. de test. col. 4. & traditur. in d. l. scriuariis.

Igitur non ita strictè à iure forma, & solennitas in absolutebat ab excommunicatione præstanda requiritur, quin & sine ea præstita ipsum excommunicatũ omnino ab excommunicatione liberet: præsertim quia forma iure præscripta tunc seruanda est, cum seruari commode potest, & sic in absolutebat, quæ statim simpliciter absoluit ab excommunicatione simpliciter lata: quasi aliud dicendum sit in absolutebat, quæ tacite deducitur ab excommunicatione ad tempus inflicta, vel in absolutebat conditionali: cum in his non possit ita ad summum & strictè forma canonis seruari: siquidem ea forma potius absolutebat absolutebat, & simpliciter, quam huic tacitæ, & conditionali conueniat.

Imo & aduersus communem sententiã optime facit, quod notant Ricar. in 4. sem. dist. 8. art. 10. q. 5. Flor. 3. par. tit. 24. 6. 77. §. 1. qui asserunt in absolutebat ab excommunicatione, quæ ad iurisdictionem præcipue, non ad ordinem pertinet, non esse verba quedam præcise necessaria, sed satis esse, ac sufficere illa quæ secundum intentionem absoluentis remotionem excommunicationis significant. Sed hæc verba iuxta excommunicantis, & pronunciantis sensum, sicuti excommunicationem præmittit & inferit, ita & absolutebat post

tempus præstitam ipso iure significant. verba autem hæc sunt, Excommunico te donec satisfeceris. Ex quibus præter Pau. Imol. & Alci. aduersus communem tenuerint Card. in dist. Clem. 1. q. 30. Decan. d. cap. 1. de iud. 2. lect. notab. 9. nequaquam permittens hac in specie differentiam aliquam constitui inter suspensionem & excommunicationem.

Hinc denique ipse infero, in interdico ecclesiastico expressim constituto: donec aliquis satisfaciatur, aut donec ab vrbe recesserit, secuta satisfactione, vel recessu ab vrbe, non esse necessariam relaxationem: cum ipso iure censetur, & sit interdico relaxatum. Quod tenet gloss. in canon. est vobis. in verb. donec & ibi Doct. licet Franc. à Ripa in d. c. 1. de iud. c. not. 6. contrarium teneat autoritate text. in ca. quamquam, de censibus. in 6. cuius opinio vera est in hunc sensum, vt declaratio requiratur: non tamen absolutio, nec relaxatio: sicuti apparet ex Abb. Card. & aliis in d. Clem. 1. quorum meminit sic eos intelligens Paul. Paris. c. 27. lib. 4. col. pen. & fin.

Secundo principaliter hinc est obseruandũ, esse necessarium impetrandam absolutebat ab excommunicatione pro eo, qui mortem obierit excommunicatione ligatus, adhuc cum penitentis & contritionis signis, non tamen absolutebat ab excommunicatione. Nam licet is apud Deũ absolutebat esse credatur, apud ecclesiã tamè adhuc ligatus censebitur, atq; ideo ab eo debet impetrari absolutebat, qui cum viuũ absolutebat iure potuisset. Quod probat tex. celebris in cap. a nobis in 2. de sent. excom. cui respo. potissimũ obstat, quod potestas iurisdictionis, quæ ad excommunicandũ, & absolutebat endũ Papæ, & ecclesiæ prælati cõcessa est per redemptorẽ nostrum erga solos viuos, & super terram existentes competit. Matth. cap. 8. quodcunque solueris super terram, erit solutum & in celo: & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in celo. ad idem sunt autoritates plures, quarum Gratianus meminit in c. de comunione. c. sane ea. legatur. 24. q. 2. solos ergo viuos ecclesiã ligare aut soluere potest: non tamè mortuos. Quod est cõmuni theologorũ & canonistarum sententia probatissimum, sed nihilominus prædicta decisio text. in d. c. a nobis. ita est intelligenda, vt vere cõstet, ecclesiã militantem nec ligare, nec soluere mortuos, sed potius denunciare eos decessisse ligatos, vel absolutebatos. Quæ quidem declaratio quo ad ecclesiã militantem necessaria est, non quoad triumphantem: sicuti Roma Pontif. fateatur in d. c. a nobis. quamobrem Panor. inibi, & ceteri sic illum tex. interpretatur: possit tamè & apertius intelligi, ecclesiã soluere mortuos vel ligare, nõ quoad ipsos, sed quoad actus, & effectus per viuos erga mortuos agendos: quemad. post alios explicat Alf. à Cast. li. 2. de iust. her. pun. c. 20. idcirco caudum est à gloss. & Pan. in c. si quis. de her. & gl. in c. luda. 1. in 2. de iud. c. Roma. in sing. 735. qui existimat ut heret. posse post mortem excommunicari, per tex. in d. c. si quis. atque ideo concedunt, posse mortuum ab ecclesiã excommunicari. Quorum opinio falsa omnino est. vt & ipse Cast. cap. 19. latius ostendit. Nam quod in d. cap. si quis. legitur, Anathema ei dicitur: est exponendum in hunc modum post mortem solennis fiat maledictio, quæ præmittit, illũ decessisse excommunicatũ: hanc siquidè significationem & hæc dictio anathema, habet: sicuti hac in relectione superius probauimus.

Quod si mortuus in ipso mortis articulo per sacerdotem fuisset ab excommunicatione, etiam à solo Papa alioqui tollenda, absolutebat: nulla erit post mortem absolutebat necessaria. gloss. communiter recepta in dist. capitul. a nobis. in verb. non potuerit. text. in capit. non dubium, capitul. quod his. capit. quamuis. cap. ea notatur, ubi Dd. de sent. excom. l. 25. titul. 9. par. 1. notat S. Tho. in 4. sent. dist. 20. q. 1. artic. 1. ad 2. q. qua in re distinguere oportet articulum mortis, quoad istam potestatem, quæ sacerdoti cui cunque competit, absoluebat scilicet à peccatis, & censuris quemcunque in articulo mortis constitutum, etiam si alioqui absolutebat sit summo pōtifici, vel episcopo reseruata: est enim periculum mortis in his duntaxat, vnde mors frequenter solet accidere, vt in bello, in nauigatione maris vehemeter turbati, in feminis pregnantibus, in morbo graui. Periculum siquidem mortis in his prudentis viri arbitrio agnosendum est. Mortis autem articulus nõ dicitur vbi cunque periculum adest mortis, sed regulariter cū certa mors est verosimili coniectura, aut à morbo, aut à vulnere, aut exteriori vi, vt cum quis ad mortis penam fuerit dñatus. Idcirco quod vel literis summi Pōtificis, vel canonibus permissum est, nempe, simplicem sacerdotẽ posse quempiam absolutebat ab omnibus peccatis, & censuris in articulo

mortis, etiam si alioqui soli Romano Pontifici sit eorum absolutio reservata: non ita late intelligi debet an in periculo mortis absolutio fieri valeat: sed tunc solum quando mortis articulo contingat. Sunt etenim hæc maxime diversa ex ipsa quidem propria nominum significatione. Sic sane ceterum rem istam definitam fore Melchior Cano, episcopus Canariensis in relectione de penitentia 5. part. fol. 144. cuius sententia & illud accedit, quod iura pontificia potestatem istam concedentia cuilibet sacerdoti, non de periculo mortis, sed de mortis articulo meminere: ut constat in dicto cap. non dubium, cap. quod de his. capit. quamvis cap. pastoralis. §. 1. de officio ordin. cap. eos. supra. isto tit. & lib. Sed huic opinioni videntur obistere duo vel tria. Primum quod text. in d. cap. si quis suadente. l. 7. q. 4. hanc conclusionem explicans de mortis periculo expressim mentionem fecerit, permittens absolutionem ab illius canonis excommunicatione episcopis in articulo mortis. Nec erit congrua responsio, quod ille canon permittat absolutionem episcopis: non cuilibet sacerdoti, quasi voluerit amplio rem episcopis, quam sacerdotibus in hac specie delegare potestatem. Nam & in cap. ea nescitur. & in c. de exco. de sent. exco. expressum est, absolutionem ab excommunicatione illius canonis competere episcopis, quoties vel propter mortis periculum, vel ob aliud impedimentum à Romano Pont. nequit obtineri: & tamen in præcatis locis, nepe in c. non dubium, & quamvis. c. quod de his. cap. eos. merito fit de articulo mortis, unde ab episcopo impetranda est, etiam in articulo mortis absolutio, si commode fieri possit: alioqui & simplex sacerdos absolueret poterit, quod satis probatur ex eo, quod iure diuino quilibet sacerdos deficiente proprio presbytero habet potestatem absoluedi à peccatis quibuscuque sacramentali absolutione: ut probauimus superius, §. 6. nu. 8. quæ tamen non potest ministrari, nisi & à censuris fiat absolutio: igitur quilibet sacerdos habet in articulo mortis potestatem absoluedi ab excommunicatione: saltem, ut scribit Palud. in 4. sent. dist. 17. quest. 3. column. 2. præsumendum est, Papam eam mente esse, ut velit quemlibet in articulo mortis constitutum à quolibet sacerdote absolui posse, etiam à peccatis referuatis. Quod ipse Paluda. iterum asserit dist. 20. quest. 1. conclus. 2.

Secundo, eidem opinioni aduersatur, quod in capit. eos. supra. isto tit. mortis articulo appellatur in 2. part. cap. periculum mortis. item in dict. cap. ea nescitur. Quod in articulo mortis plane permissum est, itidem permittitur infirmitatis tempore timore mortis. Ergo periculum mortis, aut timor mortis verisimilis, sufficiens est causa, ut sacerdoti cuilibet competat absoluedi potestas, unde constitutus in morbo & infirmitate non tantum poterit absolui ab excommunicatione canonis propter impedimentum, quod præstat morbus, ne possit accedere Romam, etiam si non sit in mortis articulo, quod Pan. & alii per text. inibi concedunt in d. c. quod de his. sed etiam propter timorem mortis: sicuti apparet in d. c. ea nescitur. quo fit, ut mortis timor, aut periculum, articulo mortis hac in quaestione sit simillimum.

Tertio, in hac controuersia est omnino aduertendum, quod gl. in d. c. pastoralis, §. 1. in verb. præterquam. ibidem omnium recepta. Inno. Io. And. Host. Abb. Henr. & alii in d. c. quod de his. dum quaerunt, quis dicatur in articulo mortis constitutus, in specie asseuerant, eum dici constitutum in articulo mortis, qui prelium cum hoste commissurus est, vel patitur naufragii periculosum, vel sit nauigaturus tempore, quo solet mare turbulentum esse, aut longa quidam nauigatione, vel per loca insidiosa, & periculosa. text. optimus in l. mortis. c. l. seq. de dona. eam. mori. idem de femina prægnante Doct. præcatis tradidit, potissime Io. Andr. in dict. c. pastoralis, §. 1. & Henr. in d. c. quod de his. Idem Panor. & alii in d. §. 1. ex quibus satis deducitur, communi Doct. sententia decisum esse, periculum verisimile mortis, in hac quaestione articulo mortis æquipollere: imo idem esse articulum, & periculum mortis, quoad effectum istum. Fatentur equidem hi Doct. eandem potestatem absoluedi, quæ data est cuilibet sacerdoti in articulo mortis, datam item ceteri & in mortis probabili periculo: quod & Palud. not. in 4. sent. dist. 20. qu. 1. ver. tertia. conclu.

Ergo vero iuxta propriam dictionum significationem arbitrator differre articulum mortis à periculo mortis: ita quidem, ut qui existat in mortis articulo, etiam dicatur & in periculo mortis constitutus: non tamen qui est in periculo mortis statim ceterus erit in mortis articulo, esse. Et nihilominus censetur communem Canonistarum sententiam admittentem

dam temere non esse, sed tunc solum, cum mortis periculo prope, & maximo cum timore ipsius mortis contingerit, ac demum mors imminet satis verosimili coniectura: quod colligitur ex his, quæ de prægnantibus tradidit Abb. in cap. quod in re. 2. col. de panit. & remiss. & Syluest. verb. interdictum, §. 4.

Sed & gl. in d. c. à nobis. in verb. non potuerit. scribit, "posse" laicum in mortis articulo ab excommunicatione absoluedi: quemadmodum posset à peccatis. Nam & in articulo mortis posse laicum à peccatis absoluedi visum est quibusdam. Et tamen in absolutione à peccatis hoc est manifeste falsum, etenim licet honestum sit, & possit multis ex causis vtile esse, quod deficiente sacerdote, quis in articulo mortis laico propria consecratur peccata. c. quem panit. de panit. dist. 1. cap. in princ. de panit. dist. 6. absolutio tamen à laico ministrari non potest, etiam in mortis articulo, quod manifestissima ratione constat: siquidem absolutio à peccatis ab ecclesia clauibus pendet, ac denique ab ordine, & iurisdictione. Ita traung. ens. Quia quorundam. §. quod autem de ver. sig. idem ipse probauit lib. 1. varia. resolu. to. nu. 11. Nec posset Papa committere potestatem absoluedi à peccatis laico, aut illi, qui clauis ordinis non haberet: ut est communis in hoc omnium consensus, & tradit in specie Palud. in 4. sent. dist. 17. q. 3. col. 2. ver. tertia conclusio. idcirco non posse laicum quemquam à peccatis absoluedi, etiam in articulo mortis, asserit gl. in d. c. a. p. §. 1. & Henr. in c. à nobis. de sent. exco. idem in c. 4. de consue. col. 1. Dec. in c. 2. de iud. nu. 2. 3. et similia gl. in c. 2. de panit. & remiss. dist. 1. Syluest. in verb. Absolutio. 1. §. 4. col. 4. & est communis opinio theologorum in 4. sent. dist. 17. notat optime Mart. Azpilcueta in c. 1. in princ. nu. 74. de pan. dist. 6. At in excommunicatione quidam censent, posse laicum ab ea absoluedi in articulo mortis existentem, quod not. gl. in d. c. à nobis. quam ibi sequuntur Abb. & Fel. idem Syluest. in verb. Absolutio. 3. §. 4. col. 2. Ang. in verb. Absolutio. 3. §. 17. Dec. in d. c. 2. de iud. nu. 2. 3. quibus suffragatur, quod Papa potest laico dare potestatem absoluedi ab excommunicatione. glo. in c. præter. 2. dist. cuius in initio huius §. meminimus, sed in articulo necessitatis hæc potestas absoluedi censetur delegata ex Roman. Pont. intentione: igitur poterit laicus absoluedi ab excommunicatione in articulo mortis constitutus. Nihilominus opinio contraria verior est auctoritate gl. in cap. vlt. 24. quest. 1. que scribit laicum in spiritibus etiam in articulo mortis nihil agere posse, nisi quod expressim iure cautum fuerit. cuius gl. meminit Dec. in dict. cap. 2. nu. 2. 3. post Abb. ibi. Inno. & Abb. in d. cap. 4. de consue. Hanc item opinionem tenet Imo. in l. 1. col. 3. ff. de pub. iud. ad hoc allegans gl. in d. c. pastoralis, §. 1. eam inducens ad absolutionem ab excommunicatione, sed & ipse Panor. in d. c. à nobis. n. 10. palam asserit gl. inibi esse intelligendam iuxta gl. in d. c. pastoralis, §. 1. præterea. ubi fortassis Pan. non ita stricte velit absolutionem ab excommunicatione posse in mortis articulo à laico ministrari: sed ut excommunicatus per propriam confessionem, & contritionem dignus efficiatur absolutione, & remissione excommunicationis. Nam ut rationem quandam contrariæ opinionis tollamus, est omnino adnotandum quod Palud. scribit in 4. sent. dist. 17. q. 3. col. 3. ver. prohibita enim est. asseuerans ideo posse in articulo mortis simplicem, & quemcunque sacerdotem absoluedi ab excommunicatione: quia eo tempore potest quilibet sacerdos à peccatis absoluedi, & hæc absolutio non potest ministrari aliter quam præmissa absolutione à censuris. idem ipse repetit in 2. dist. quest. 5. ver. scilicet. secunda regula. idem dist. 25. quest. 1. ad fi. 2. conclusio. Ergo sentit, & vere asserit Palud. eum qui non possit in articulo mortis absoluedi à peccatis, minime posse ab excommunicatione, cuius absolutio ideo permissa tunc videtur, ut possit quis à peccatis absolui. Denique hanc sententiam aduersus gl. in d. cap. à nobis. probat Martin. Azpilcueta in d. cap. 1. in princ. num. 83. de pan. dist. 6.

Hinc constat, non excusari hæredes defuncti à petenda solutione ab excommunicatione, etiam si fuerit in mortis articulo per laicum mortuo data absolutio. Quod est verisimilimum contra Abb. & Felin. in dicto cap. à nobis. & Syluestrem in dict. verb. Absolutio. 1. §. 4. col. 4. quorum opinio iure nec probari nec defendi potest.

Post hæc merito dubitatur, an ab excommunicatione absoluedi possit is, qui excommunicatus, & iurisdictione caret, licet sacerdos non sit. Et Host. in d. c. à nobis. in 2. & in cap. ad res. de simo. quem secuti sunt veteres quidam summatim auctores, duplex vinculum excommunicationis consideratur: vnum

bet, quod iudex secundum processum iuste contumacia per eum praesumpta, excommunicauerit legitime citatum, ad iudicium non accedentem: atque ideo ligat excommunicatio idem notant Innoc. & Abb. in c. p. & G. de offic. delegat. colum. 4. Bald. in cap. quod translatione de offic. delega. gl. in c. quisquis. 4. q. 5. in verbo. occurreret. & esse communem hanc opinionem fatetur Ant. in d. cap. 2. quidquid dixerint Host. & Abb. ibid. nam & si iudex errauerit in excommunicationis censura, eam iniuste pronuncians, adhuc excommunicatio ligat, & absolutione indiget: sicuti & nos superius explicuimus. §. septimo numero quinto.

Sed & si excommunicatus pro manifesta offensa non sit ante realem satisfactionem absoluendus, id procedit, ubi satisfactio potest ab excommunicato exhiberi. idcirco quoties satisfactio spiritualis est, vel eius conditionis, ut ab excommunicato praestari non possit: nempe collatio beneficii: receptio in canonicum, & his similibus, tunc prius est excommunicatus cum sufficienti cautione absoluendus, quam satisfactio praestetur, quod notat gl. in verb. emenda. in c. solet. super isto titulo. quam Doct. inibi sequuntur, Felin. in c. cum coniugat. vol. 1. de officio deleg. gl. Innoc. Abb. col. vi. & Dd. in c. pro illorum. de proben. text. in c. ex publico. de conuers. coniugat. & ibi Panor. 2. colum. dicens hanc Opinionem Communem esse, quae est omnino memoriae commendanda ad intellectum earum constitutionum, quas modo adduximus de manifesta offensa.

Tertium, quod in absolutione ab excommunicatione seruandum est, palam exponitur in dict. cap. a nobis. in 2. nempe solennis forma cum psalmo & oratione: quemadmodum dicti auctores explicant. ex quibus & alia petenda sunt, quae ad hunc articulum attinent.

Prius vero quam aggrediar, & exponam quis possit iure ordinario ab excommunicatione absolueri, aliquot hic adnotabo quoad eos, qui ex Iubilgo, aut literarum apostolicarum privilegio possunt ab excommunicatione, & aliis peccatis absolui: a quocumque, per eos eligendo sacerdotem, etiam si hi casus sint huiusmodi, ut nullus praeter Papam, vel Episcopum absolueri ab eis possit.

12. Primum illud est obseruatione dignum, quod si quis huic sacerdoti confessario, qui poterat ab omnibus peccatis reservatis absolueri & a censuris, ita peccata confiteatur, ut omittat per obliuionem ei confiteri peccatum aliquod, cuius absolutio sit reservata, vel cui accesserit excommunicatio: & absolutionem generalem a peccatis, & censuris obtinuerit: absolutus omnino censetur ab excommunicatione, & a peccato illo, quod per obliuionem omiserat confiteri; & licet peccatum illud teneatur post eum in memoria redierit confiteri, poterit absolui a quocumque sacerdote simplici, etiam si non habeat potestatem absoluendi a peccatis, & censuris reservatis. hanc sententiam asseruerat Ant. in verb. confessio. 1. q. 12. Syluest. in verb. confessio. 1. q. 19. eam tribuente Palud. in 4. senten. minime citantes Paludani locum. idem tenent Gabriel in 4. distinct. 17. quast. 1. Hadria. de confessione. q. 4. §. si petas. versicul. ex hoc sequitur. Mart. ab Azpilue. in c. consideret. §. cautus. numero 30. de peniten. distinct. 5. hoc ipsum deducens ex Palud. in 4. senten. distinct. 8. q. 5. colu. penultima. opinor ipse doctissimum virum voluisse citare Paludani locum in 4. sent. dist. 18. q. 5. articulo. 3. versicul. quarto. cuius haec sunt verba: si ille qui absoluit. potuit ab omni sententia absolueri, & noluit tunc sufficit, quod si noluit ab omni. sed a quibusdam absolueri, tunc nunquam valuit absolutio. quoad sententiam, de qua absolvens non cogitauit, nec absoluit, si cogitasset. de senten. excom. cap. ex parte, & capit. officij. Si autem absolutus credit, quod si ille sciisset, quod nesciuit, nihilominus absoluit eum, debet se reputare absolutum ab omni. haec Palud. qui de absolutione a censuris tantum loquitur. Syluest. autem Angel. & Hadria. atque alii de absolutione a peccatis reservatis tractant. & in specie dum Syluest. Palud. refert tractantem de presbytero absolvente in articulo mortis a casibus reservatis: plane insinuat locum Palud. in 4. sententiam distinct. 20. quaestione. 1. articulo. 2. quo in loco nihil addit de peccatis, aut censuris oblitis, & a quibus expressim absolutio data non fuerit. Quamobrem ego constituendos esse cenfeo duos casus. Primus equidem erit de peccatis, atque eorum absolutione. in quo cenfeo veram esse Syluest. Gabriel, & Angeli, Hadriani, & aliorum sententiam. nam si quis confiteatur peccata sua confessione sacramentali ei qui potuit ab omnibus etiam reservatis absolueri, & per obliuionem omiserit confiteri peccatum vnum, vel duo ex reservatis obtemperata generali absolutione, cen-

setur ita & ab oblitis reservatis absolutus, ut satis sit expostulatum memoria repetita cuiusque sacerdoti confiteri licet is non habeat absoluendi ab illis potestatem. etenim absolutio sacramentalis hanc vim habet, quod & peccata oblitia tollit, hac tamen lege, ut sint demum confitenda, si logorum sententiam. Huius autem communis omnium Theologiae nonnulli legi, nec potius apud Palud. locum inueniunt etiam si diligenter inquirere curauerim. Secundus casus versabitur circa absolutionem ab excommunicatione, tunc in foro animae si peccator penitens oblitus fuerit confiteri aliquod peccatum cuius causa est excommunicatus, & absolutio reservata, & nihilominus generalem absolutionem obtinuerit, ab eo, qui potuit ab excommunicatione absolueri: absolutus equidem est a peccato illo, & ab excommunicatione, ea lege, ut id confiteatur cum in memoriam incidit, sacerdoti ordinario, etiam si is non possit ab excommunicatione absolueri. Huius conclusionis ratio ex eo deducitur, quod ab illo peccato per obliuionem omisso sacramentalis absolutio absoluit, & denique sacerdos ab excommunicatione, sine cuius absolutione minime potuit habere locum absolutio sacramentalis a peccatis exhibitae: atque haec opinio probare conatur egregius doctor Azpiluea in d. n. 30. hoc ipsum explicans ex Aug. Syl. Hadriano, & Gabr. qui in hanc sententiam inclinant. nam Palud. etiam ab eo citatur, non exponit hanc conclusionem, nec hunc casum explicat. quippe qui loquitur de absolutione tantum ab excommunicatione, quae iudicio exteriori solet concedi de qua statim agendum erit. & sane ubi in hoc secundo casu quis absoluitur a peccatis, & censuris, non est cur conuertamus de vi absolutionis ab excommunicatione: idem tamen respondendum est, quoties, qui potuit absolueri a censuris recta intentione, qua proponit a necessariis absolueri, dixerit super penitentem: Absoluo te in nomine Patris, & Spiritus sancti: liquidem ex hoc a peccatis, & censuris absoluitur videtur, auctore Gerlone 2. part. fol. 183. col. 1. c. confessio. fol. eo. col. 3. c. excommunicationem. cuius decisio ad hoc laudat, & exaltat Azpiluea in d. n. 30.

Quid autem de illo tradendum sit, qui pluribus ligatus excommunicationibus absoluitur ab eo, qui potuit omnem tollere, nec equidem expressim omnibus nominatis, sed vel indefinite, vel ab vno earum aliis per obliuionem petentis absolutionem omittit? & quaestionem istam scilicet peccatorum absolutione tractat Palud. in d. q. 5. post Tho. & alios in gl. & Dd. in c. cum pro causa. §. tit. & in cap. ex parte de offic. ordi. cuius capitis titulus apud Palud. vitio librario mutatus est. Nos equidem, ut & obiter difficultatem istam expediamus, definitim proponemus aliquot conclusiones, quid iure verius sit explicantes.

Prima conclusio: Excommunicatus vnica tantum excommunicatione, pluribus tamen ex causis, non censetur ab excommunicatione absolutus, si in impetratione absolutionis causam aliquam tacerit. tex. in d. c. cum pro causa. & c. officij. in part. vbi gl. & Dd. S. Tho. in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. & ibi Theologi Regia l. 29. tit. 9. part. 1. Rom. cons. 326. quorum opinio vera est, quoties causa tacita fuit aequae principalis ad excommunicandum: alioqui valet absolutio: secundum Abb. & Herri. in d. c. cum pro causa. Dd. in Cle. 2. isto tit. Felin. in c. quod super. de iur. instru. ad fin. ex quibus satis manifeste colligitur, etiam absolutionem validam esse in hoc casu si causa, quae expressa non fuerit minime auertisset praeterlatum ab absolutione, licet expressim ei foret significata, quod & Palud. fessit in dicta quaest. 5. col. vii. tamen etiam ipse generaliter rem istam definit.

Secunda conclusio: Pluribus ligatus excommunicationibus petens ab excommunicatione absolui, vnus tantum mentionem agens, non censetur a reliquis non expressis liber, etiam si indefinite fuerit ab excommunicationibus absolutus. Refertur etenim haec absolutio indefinita ad excommunicationem in petitione commemoratam. ex l. si de certa. C. de transact. gl. in d. c. ex parte. & in d. c. cum pro causa. vbi Ant. Abb. Hen. & Fel. Anch. in d. Clem. 2. S. Thom. in d. art. 5. & probatur in eisdem canonibus, quorum in proxima conclusione mentionem fecimus: procedit autem haec ipsa conclusio, etiam si absolutio ab excommunicatione generalis sit nam ad expressam, & petitam tantum refertur: propter rationem d. l. si de certa.

Tertia conclusio: Excommunicatus pluribus excommunicationibus, vnica tantum absolutione ab omnibus absoluitur, si omnia

ne respondendum erit secundum horum Docto. sententiam.

Egolane veram esse cenfeo comunem opinionem, quae asserit, excommunicationem ex falsa causa latam validam esse. & absolute indigere eo quidem modo, quo & excommunicatio iniusta ligat, & absolute indiget: quod superius explicuimus. §. 17. nu. 5. & sequentibus. eadem opinionem Communis tenet Rot. in nouis, 399. ad cuius probationem: in primis illud animaduertitur, ex opinione contraria maxime improbari receptissimam illam sententiam, qua traditum extat, excommunicationem iniustam ligare, & ab ea petendam fore absolute. nam excommunicatio lata ex falsa causa, quae tamen errorem manifestum in ea sententia expressum non contineat, iniusta est, non autem nulla, quemadmodum notatur in c. per tuas. de sent. excom. vbi est de hac re text. opt. quem ita intellexit gl. ibidem communiter approbata, quod si excommunicatio secundum acta processum manifeste falsam causam haberet, esset notorie iniusta: & ideo nulla. c. inter ceteras. de re iud. vbi Abb. & Felin. nu. 5. idem Abb. in ca. Odoardus. col. vlt. de solut. idem Abb. in cap. ab excommunicato. col. 3. de rescript. Syluest. in verb. excommunicatio. 2. col. 2. & Caieta. 22. qu. 70. art. 4. quamuis in hoc gl. in verb. errorem. & ibi Panorm. in d. cap. per tuas. contrarium teneant. igitur sit satis excommunicationem ex falsa causa latam, quae nec euidenter falsa est, nec errorem expressum continet, iniustam esse, non nullam: & ea ratione ligare, donec detur ab ea absolutio.

Secundo est animaduertendum, excommunicationem latam ex causa, quae falsis testibus probata sit, aut falsis instrumentis, non esse nullam, sed iniustam, hoc enim regulare est, quod sententia ita lata iniusta, licet non sit nulla, text. in libr. diuis. ff. de re iudic. vbi gloss. Bart. Docto. gloss. in libr. qui agitur. ff. de except. quam sequuntur ibi Docto. communiter vt fatetur Socin. eam approbans. Felin. item post Abb. & alios in ca. licet. de probation. n. 35. & ibi gl. in verb. opponi. Eandem opinionem fatetur communem esse Iason in dict. l. diuis. col. penult. in. quam etiam tenet Abb. & alii. in cap. cum venerabilis. de exception. & licet contrariam sententiam, quod haec sententia sit nulla, tenuerint gloss. in dicto cap. cum venerabilis. in fine. & ibi Host. ac De. numer. 3. Cuman. in dict. l. diuis. & ibi Zasius. idem Zab. libro 1. singul. respons. c. 13. Alciatus in l. si ex falsis. C. de transactio. disputat idem De. in dict. licet. num. 21. quibus ad huius questionis resolutionem addenda est Regia l. 2. tit. 26. part. 3. satis est praedictam communem sententiam admissam passim fuisse: praesertim quia potest contingere falsitas testium, aut scripturae absque dolo productis eos in iudicium.

Tertio his accedit, quod excommunicatio potest ferri ex falsa causa testibus minime falsis probata: qui quidem memorie lapsu, alia ve ratione decipi potuerunt, & falsi, existimant tamen se verum dixisse, & verum esse eorum testimonium. quo casu sententia dubio procul nulla non est, licet possit dici iniusta, secundum rei veritatem: non secundum acta causa.

Quarto ad haec facit. nam & veris testibus, aut veris scripturis potest quis falsa causa excommunicari, si nondum produxerit, nec probauerit id, ex quo causa illa, quae alioqui cogitasse praesumitur, & digna excommunicatione censetur, vel cessauerit, vel iustissimam excusationem habeat. haec vero excommunicatio, quod nemo in dubium reuocabit, nulla non est, imo iusta secundum acta causa, licet iniusta ex rei veritate, & tamen ex falsa causa lata fuit: est igitur attempta communi resolutione distinguendum, an excommunicatio sit nulla: & tunc non ligat. an sit iniusta: & eo casu ligat, donec absolutio ab ea fuerit concessa: iustam si ex falsa causa lata fuerit.

Quinto, si ad vim excommunicationis, vt ea ligare valeat, donec absolutio detur, est inspicendus animus, quae ad excommunicandum iudex haberet, si certus foret de innocentia excommunicati, nusquam fere locus erit communi opinioni, quae asserit excommunicationem iniustam, quae tamen nulla non sit, ligare, & absolute indigere. sapissime enim excommunicatio iniusta est, quia iudex vel testibus, vel scripturis, aut falsa praesumptione fallitur, & ad excommunicandum inducitur: alioqui non excommunicaretur, si certus esset de innocentia excommunicati, & profecto tunc tantum excommunicatio iniusta ligaret, cum iudex certus de innocentia rei ipsum excommunicaret animo excommunicandi. & tamen in hac specie Felin. post Abb. in capitul. de testib. cogend. numer. 6. censet nullam esse

in omnes fuerint absolventi significata, & expressa, argu. l. p[ro]p[ri]o. ff. de acceptat. Ex haec est omni concors sententia in praecitatis locis, de qua non est vltius controuertendum.

Quarta conclusio: Qui potest excommunicatum ab omnibus absolute excommunicationibus, vnica tantum absolute tollit: non tantum sibi expressam: vbi scientiam habens omnium excommunicationum indefinite extantem absolute tollit. hoc sane ex ipsius absolventis intentione praesumpta: quemadmodum notat Henric. in d. c. cum pro causa. Ioan. in summa. confessor. tit. 33. q. 120.

Quinta conclusio: Pluribus excommunicationibus ligatus, ab omnibus, etiam vnica tantum expressa in petitione, absolute censetur, quoties qui absoluit, ita generaliter absolute, vt dixerit: Absoluo te ab hac excommunicatione, & ab omnibus aliis, quibus ligatus es, quarum nec memoria habes, ea enim esse absolventis mens, vt & ad omnes alias excommunicationes velit absolute extendi in specie Henric. & Io. in summa confessor. modo citati adnotarunt.

Sexta conclusio: Absolutio indefinita ab excommunicatione, exhibita ei, qui pluribus absolute excommunicationibus ligatus, vnica tantum in petitione nominatim expressa, etiam quo ad alias sufficit, quoties versimili coniectura praesumi poterit absolventem, & tacitis excommunicationibus nihilominus absoluturum, si earum scientiam habuisset, ita visum est Paluda. in 4. sent. dist. 18. q. 5. col. penult. vers. quarto. haec vero conclusiones omnino praemittunt in absolvente potestate absolventi ab omnibus absolute excommunicationibus: alioqui nulla posset contingere dubitatio. deinde constat, necessarium esse, quod pluribus absolute excommunicationibus ligatus, pluribus absolute tollitur, vel vnica ab omnibus absolute tollitur, in c. cum pro causa. per text. ibi. & est Communis Opinio, qua tenent omnes in hac resolutione citati.

Septima conclusio: Absolutio ab excommunicatione, oblatam ex falsa causa, est nulla: nec prodest excommunicato. probatur in c. officij. de sen. excom. & in dict. c. cum pro causa. gl. communiter recepta in d. c. ex parte. dist. 18. q. 2. art. 5. nec est in hac conclusione aliqua dubitatio, quae possit iure ea improbare, aut dubia reddere, praeterquam quod gl. in d. c. ex parte. conatur constitueri differentiam inter excommunicationem & absolute. nem in specie huius quae sit, vt excommunicatio lata ex falsa causa valida sit, & liget: absolutio vero ex falsa causa praescripta minima absoluit: imo nulla sit, prior huius distinctionis pars probatur in c. 1. 1. 1. quae sit. 3. & in his locis, quibus traditur excommunicationem iniustam ligare, valida esse, & absolute indigere, quod nos tradimus hac in relectione, §. 7. quae sit. quae in specie de excommunicatione lata ex falsa causa idem not gl. in c. 1. sup. isto tit. in verb. propter. quarum Opinio Communis est, secundum Curt. consil. 20. dubi. 2. col. 3. notant Doct. in d. c. ex parte. posterior pars constat in d. c. officij. & similib. Sed Panorm. in d. c. ex parte. hanc differentiam reprobatur, exitimans absolute ex falsa causa praescripta validam esse, si absolues habeat animi absolute: non obstante causa falsa: licet iniusta sit absolutio: sicut constat ex c. venerabilibus. §. sane isto tit. cuius hoc in §. mentione fecimus: rursus ceter Pan. excommunicationem ex falsa & iniusta causa lata minime ligare, si excommunicator non habebat ligandi intentionem: quod praesumi debet, quia is putabat causam veram esse alioqui non excommunicatus, si sciret eam falsam fuisse, quod not. & Cardin. in dict. c. ex parte. 4. opposit. Curt. in d. consil. 20. Felin. c. quod super. de iude instrum. col. penult. qui nullam admittunt differentiam inter excommunicationem, & absolute. idem Card. in rep. c. suspendimus. ex r. eo tit. num. 22. quo in loco fatetur, priorem partem huius distinctionis ab omnibus receptam esse: tenet tamen contrariam, assuerans, excommunicationem latam ex falsa causa non tenere, sed nullam esse. idem ipse Card. tenet in dict. c. ex parte. tandem Pan. & Fel. in praedictis locis in hanc videtur conuenire opinionem, vt distinguenda sit excommunicatio iniusta ab excommunicatione lata ex falsa causa. Na excommunicatio iniusta ligat, & tenet, donec absoluitur ita excommunicatus propter excommunicantis intentionem, non sic excommunicatio ex falsa causa: siquidem haec nulla est, nec quenquam ligat ob deficientem excommunicantis intentionem, & consensum ad excommunicandum, qui quidem defectus constat ex l. 1. C. de falsa caus. ad l. legat. l. demostro. io. §. vlt. ff. de cond. & demonstr. hoc ipsum censere Host. & Abb. in c. 2. de test. cog. quorum meminimus in locis §. vers. illud vero omnitem non est. idem in absolute.



sententiam excommunicationis, propter manifestum errorem iudicis. Quorum opinio falsa est, si referatur ad iudicis voluntatem quo ad ipsum manifeste iniquam: procedet tamen ubi error hic esset ex actis causae admodum manifestus: sicuti ex cap. inter ceteras, de re iudic. paulo ante admonuimus.

Postremo communis opinio maximam rationem habet ex eo, quod ei contraria plurimum detrahit ecclesiastica disciplina: & deinde auctoritati Ecclesiae admodum esset perniciosura, quod quis excommunicatus se liberum ab ea censura existimet ea occasione, quod falsa causa deceptum iudicem in eum excommunicationem pronunciafle causetur, quod quam sit iurisdictioni ecclesiasticae aduersum nemo non viderit.

Quibus equidem ad amissum examinatis deducitur, absolutionem ab excommunicatione obtentam ex falsa causa his modis, quibus diximus, & excommunicationem ex falsa causa quandoque pronunciarum validam esse: ita quidem vt nulla sit in hoc differentia inter excommunicationem, & absolutionem: quod praeter auctores superius citatos tenet Rota in n. 399. sentit Innoc. in cap. sacro. in verb. aliqui. extr. isto tit. pariter enim procedunt excommunicatio, & absolutio. cap. verb. de penit. distinct. 1. not. gloss. in cap. inferior. 21. distinct. imo absolutio ab excommunicatione etiam euidenter, & manifeste iniqua, atque iniusta, non erit nulla, sed tenebit, licet excommunicatio esset in hac specie nulla: quod fortassis poterit probari simili conclusione, quam de absolutione praestita post appellationem hoc in §. explicuimus.

Igitur haec septima conclusio tunc vera est, cum excommunicatus aliqua ex causa ea tacita, & alia expressa obtinet absolutionem, manet enim ex priori causa excommunicatus: quia ab excommunicatione lata ea ex causa nec bene, nec male fuerit absolutus. idem erit quoties pluribus ex causis excommunicatus, vnica tantum expressa impetrat absolutionem: manet enim adhuc excommunicatus ex causa tacita, ita sane procedunt auctoritates ad 7. conclusionem adducte, quod colligo ex eisdem locis: item ex Imol. & Fel. in d. c. quo super his. de fide instrum. num. 13. qui late quaestionem istam examinare conantur.

Secundo illud in controuersiam incidere solet, an confessorius electus ex iubilaei, vel literarum Apostolicarum, quas bullas dicimus, privilegio, absolueri valeat poenitentem ab excommunicatione contracta ex crimine haeresis? & quibusdam fortasse videbitur huic sacerdoti hoc permissum esse, nam licet absolutio ab excommunicatione iure canonico lata contra haereticum, sit Rom. Pont. specialiter reseruata: tamen in his literis datur potestas absoluendi ab his casibus, qui sunt Apostolice sedis reseruati, exceptis quibusdam, quorum de numero haeresis crimen non est. idcirco exceptio regulam in contrarium firmat. l. quatuor. §. denique. ff. de fundo instrum. l. nam quod liquide. §. vltim. ff. de penul. leg. Secundo ad hanc partem accedit, quod licet in cap. quamuis. extr. cod. titu. permittitur inferiori absolueri percussorem clericum ab excommunicatione canonis in quibusdam inibi expressis casibus: in eisdem tamen obtentum est ius absoluendi permitti inferioribus ab excommunicatione iure Pontificio inflata aduersus haereticos, & alios, quorum absolutio sit summo Pontifici excepta, & reseruata. Sic not. Abb. in cap. de eate isto tit. Felin. alios allegens in dict. cap. quamuis. ob eandem rationem: & propter auctoritatem text. in c. eos. sup. eodem tit. & est communis opinio, vt fatetur eam secutus Syluest. in verb. absolutio. 4. dubio. 4.

Ego sane contrariam sententiam veriorum esse opinor, atque admonendos esse censeo sacerdotes, ne haereticos, etiam poenitentes, & magno cum cordis dolore crimen desistantes, ab excommunicatione absoluant, mihi etenim visum est, eos quidem sacerdotes ex his iubilaeis, & bullis non habere potestatem ab hac excommunicatione absoluendi: quod sequentibus probabitur.

Primum ex eo, quod commissio generalis absoluendi ab excommunicatione, minime comprehendit illam excommunicationem, cuius absolutionem verisimili coniectura ipse delegans nequaquam in specie commisit. quod not. Flor. 3. par. tit. 24. cap. 77. §. 1. cui suffragatur regula iuris, quae docet, in generali concessione non venire ea, quae quis non esset in specie verisimiliter concessurus, ea in generali. de reg. iur. isto lib. vbi gl. allegat text. opt. ad praesentem quaest. in c. frater noster. 16. que. 1. etenim ibi generalis commissio facta per Papam legato non extenditur ad causas fidei, sic in hac spe-

cie, quam tractamus, non est presumendum Rom. Pontificem his generalibus commissionibus, absolutionem ab excommunicatione pro haeresis crimine inflata his delegare, quibus in specie minime delegasset.

Secundo ad hoc ipsum conducit quod scribit Felin. in cap. Apostolica. col. 1. de exception. referens, absolutionem ab excommunicatione quacunque per Romanum Pontificem concessam ei, cui sit alicuius beneficii ecclesiastici collatio, non habere effectum quo ad excommunicationem ex causa haereticis iure canonico impositam: quia ea non censetur subiecta per praedictam absolutionem: & testatur Felin. ita expressim decisum fuisse ab Innocentio Octauo per regulam quandam Cancellariae ab eo statutam.

Tertio, etiam si in his subleis, & literis quidam casus excepti sint, & regulam in contrarium firmam efficiant: tamen casus illi excepti ad eius similes extenduntur. text. celebris in cap. cum dilectis. vbi Abb. & Deci. de confirm. vt. l. vel nulli. §. in cap. ad audientiam. de cler. non resid. Bald. per text. ibi, in cap. post translationem. de renunciat. Abb. in cap. cum omnes. col. 6. de consuet. in l. 1. C. de condit. in deb. & in l. vit. C. de renou. don. tradit Alex. in d. c. filio 145. col. 2. libr. 7. Felin. in cap. quoniam frequenter in princip. l. te non contesta. §. in c. pastoralis. in princ. de rescript. Dec. consil. 284. col. 2. Io. Lup. in rub. de donat. inter viuam & vxor. §. 16. n. 10. quod si quis in hac controuersia expenderit casus, qui excipiuntur in his bullis, & iubilaeis, plane comperiet ratione maiori, & hunc casum haeresis ex mente Romani Pontificis exceptum censeri. quam obrem cessat prima ratio pro contraria opinione superius adducta.

Non obertit secunda ratio ex intellectu cap. quamuis. nam etsi in articulo mortis non possit esse dubitatio, in aliis tamen casibus in eodem cap. expressis, Innoc. Anch. Card. Abb. & Rauenna contrarium tenent asserentes, illum text. non procedere in aliis excommunicationibus, quarum absolutionem Papa sibi excipit, sed tantum in excommunicatione lata in percussentes clericum: si tamen vera communis opinio, profecto minime potest ad hanc quaestionem adduci, quia illa tractat de extensione facultatis iure communi concessae: nos vero in presenti casu agimus de extensione privilegii extra ius commune dati. quod plurimum refert, vt constat ex notatis per Fortun. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. col. 70. Felin. in c. postulasti. de rescript. num. 13. Oldrad. consil. 9. Panorm. in c. ex parte. de decim. & praeterea manifestum est, in dict. c. quamuis. tractari de absolutione ab excommunicatione concedenda per inferiorem a principe, quoties excommunicatus aliqua ex causa iusta impeditur accedere ad Rom. Pontif. pro absolutione obtinenda. Vnde mirum non esset, si decisio illa extendere ad omnes casus, in quibus ad eam eadem ratio, & datur idem impedimentum: at in presenti quaestione non est excommunicatus impeditus ad summum Pontificem accedere: atque ideo non eque procedit argumentatio ex illo ca. adsumpta. Quis autem absolueri valeat ab excommunicatione haeresis causa inflata, nos explicauimus in reg. peccatum. 2. par. num. 5. de reg. iur.

Tertio circa idem dubitatur, an absolutio ab excommunicatione, etiam damno soluto, & praemissa satisfactio, obtenta ex vi iubilaei, aut bullarum Apostolicarum ab ipso confessario in foro conscientie, obtineat, ac proficit excommunicato in iudiciali, & exteriori foro? & ni fallor, pro se censeo, hanc absolutionem minime in foro exteriori iudiciali admittendam fore, nec eam excommunicato prodelle quo ad exterioris iudicij effectus, nisi in literis Apostolicis dictum sit, quod ea etiam in iudiciali exteriori foro vim obtineat, ac sit admittenda. plurimum etenim detrahitur auctoritati iurisdictionis ecclesiasticae, fori exterioris si publice excommunicatus, & denunciatus, secrete per sacerdotem ab eo ad confessionem electum absoluat, & ea absolutione obtenta ingerat se diuinus quasi in contemptum iudicis, qui eum excommunicauit. cui quidem iudici congrue satisfactum non est, etiam si excommunicatus, qui iudici parere recusauit, damnum parti se restituierit.

Hec deinde opinio probatur, quia in his Apostolicis literis quibusdam casibus expressum est, absolutionem a confessario datam in foro item exteriori prodelle, & eum immunem efficere. Igitur in aliis casibus ab argumento specialis concessionis absolutio tantum in anime iudicio prodedit: cum manifeste distinguere velit Pontifex summus forum interius ab exteriori.

Ad hæc facit, quod forum conscientie, & animæ plurimū differat a foro exteriori, siquidem plures traduntur passim differentie, maxime in cap. quia plerique de immuni. eccl. c. filij. de infam. 2. quæ in exco. de consuet. Bart. in extra. ad reprimendam. vel denunciam. ergo absolutio in conscientie foro obteta non prodeit in exteriori iudiciali foro.

Quarto hoc ipsum constat vel ex eo, quod absolutus in animæ iudicio, etiam penitentia peracta, potest in exteriori foro accusari, & puniri. gloss. in c. de his de accusat. cuius opinionem ipse probavi latius lib. 2. variat. Resolu. c. 10. num. 3. cum prior examinatio in conscientie iudicio præcipue fiat ad penitentiam & satisfactionem diuinæ offensæ: posterior autem ad publicam vindictam, & Reipublicæ satisfactionem.

Quinto his accedit stilus vetustissimus. Roman. Cur. qui dicitur, quod Roman. Pontifex non consuevit per liblegū, aut bullas confessoriarum sacerdotibus committere ea, quæ forum contentiosum concernunt, sed tantum ea quæ ad penitentiam forū, & conscientie purgationem spectant. huius meminit Paulus Parisius in cons. 67. n. 22. lib. 4. & deinde Ludovicus Gomez, in reg. Cancellar. de non iudicando iuxta formam applicationis, quæst. 14. num. 3. commemorans usum sacræ penitentia apud Rom. curiam. Nam quoties petitur quid ab conscientie foro, & iudicium animæ interius pertinet: id negotium confessoriarum committitur, vt id expediat nullis testibus adhibitis, literis statim post eius perfectam actionē laudandis, & dilacerandis. Nec vlla fit tunc compositio cū Romana curiæ Datario, pecuniaria quidem tunc fieri solet, & sit, quoties quo ad iudicium exterius, & contentiosum aliqua dispensatio, simile negotium in Romana curia expeditur. hæc plane Gomez. vt hinc lector percipiat quid referat, Apostolicas literas dari quo ad forum animæ, vel quo ad iudicium exterius, & forum contentiosum. Huius opinionem plurimum suffragantur ea, quæ in eadem fere controuersia tradit Anton. Cordubens. in tract. de indulgentiis, quæ. 40.

His rationibus animum induxi meum, vt hanc opinionem in hac questione probare, facillime admissurus cuiuslibet sensorem sententiam, & quæ his probationibus exelusus, fortioribus, & melioribus constet. etenim in re dubia nequaquam decet semel conceptis opinionibus ita contumaciter animo adherere, vt doctissimorum virorum iudicia reculare nitamur.

§. DVODECIMVS.

De absolute ab excommunicatione.

S V M M A R I A.

1. Absolutio simplicem petens, an videtur fateri, se excommunicatum esse.
2. Absolutio ab excommunicatione hominis, à quo possit concedi.
3. Episcopus an possit absolueri excommunicatum à Pralato inferiori.
4. Absolutio ab excommunicatione vici, & canonis, ab Episcopo regulariter datur per se.
5. Sacerdos parochialis, an possit absolueri ab excommunicatione maiori lata à vici.
6. Absolutio ab excommunicatione minori pertinet etiam ad presbyterum parochialem.
7. Absolutio ad cautelam, quando sit concedenda.
8. Absolutio ad cautelam, à quo iudice dari possit: & an à delegato Apostolice.

In hoc tandem tractatu de absolute excommunicationis breuiter agendum est, quis possit iure ordinario ab excommunicatione absolueri. qua in re duo sunt examinanda. Primum quidem de excommunicatione maiori: secundum de minori. & ad prioris partis intellectum distinguere oportet absolute simplicem, ab absolute, quæ ad cautelam concedi solet, & inde nomen habet: sicut iam in hac relectione distinximus obiter. §. 7. nu. 7. versicul. 4. conclusio. est enim absolutio simplex ea, quæ petitur, & datur ab excommunicatione, quæ vel iuste, vel iniuste vim habuit, & excommunicatum censuræ vinculo affectit, ac ligauit. Hic nec necessaria est omnino, & præmittit excommunicationem præcessisse, ac ligasse. qua ratione solet disputari, an petens absolute simplicem, videatur fateri se excommunicatum esse: & idem in eo dubium erit, qui absolute simplicem excommunicationis postulauit: cum in dubio ea petitio de simplici absolute sit intelligenda: vt in dicto §. 7.

diximus, & quibusdam visum est, petentem absolute simplicem ab excommunicatione non fateri, se excommunicatum esse, quod probatur autoritate glo. in c. exhibita. de homicid. in verbo, veniam, quæ allerit, petentem veniam alicuius delicti, non fateri se deliquisse, quam sequuntur Abb. Card. & Docto. ibi idem Card. & Abb. nu. 22. in cap. venerabilem. de electio. dicit esse singul. Alex. in c. 1. in princip. colum. 1. ff. de noui operis nunciatio. qui & in hac specie absolute simplicis ab excommunicatione idem senseret: & tenet præterea Innoc. in cap. cum dilectus colum. 3. de ordin. cogniti. Cardin. in cap. perpendimus. col. vlt. isto titu. Felin. in cap. literas. nu. 19. de præsumpt. idem Felin. in cap. dilectus colum. 3. de ordin. cogniti. Rota in antiquis. 330. Iaf. in l. decem. num. 48. ff. de verborum obligation. quorum opinio eam rationem habet, quod petens absolute simplicem ista ex humili corde ad cautelam, videatur eam petiisse propter dubium aliquod, quo eius animus vexatur, an sit excommunicationis censura ligatus: atque ideo ex hoc non debet adsumi eiusdem confessio ad probationem, quod vere sit excommunicatus: quemadmodum ex proxime dictis apparet. quicquid autem sit de hac controuersia: minime probat hanc opinionem glo. in dict. c. exhibita. cum ea tractet de venia, quæ petitur ad cautelam: quo quidem casu manifestum est petentem hanc veniam non fateri se deliquisse, imo contrariam sententiam, quod petens absolute simplicem videatur fateri se excommunicatum esse, tenet Bart. in dict. l. decem. col. vltim. gloss. in verb. postulat. & ibi Hostien. per eū textum in dict. capit. venerabilem. & post eum Imolidem Imola, Præposit. & Franc. in c. ad presentiam de appell. Ioan. Faber. in §. vltim. instit. de ingenus. quorum opinionem Commune esse fatetur Præposit. in dict. c. ad presentiam. & his primum suffragatur textus in dict. cap. venerabilem. qui tamen mihi non ita fortis esse videtur, vt quidam existimant. nam præter alias responsiones, quæ à Panormi. traduntur, ipse video in illius ca. responso non censi probatam excommunicationem ex sola petitione absolute simplicis, sed ex ipsa facti veritate, quæ ipse Romanus Pontifex refert, & in adminiculum, & maiorem vim commemorat, ipsum reum cognouisse, lata à sede Apostolica excommunicationem, dum absolute simplicem petiit per nunciatum, quasi minime negare potuerit, imo cognouerit, quæ contra ipsum acta fuerant, & erant plane manifesta. Secundo his accedit, quod liberatio præmittit obligationem dict. l. decem c. 2. ad dissoluendum. de despon. impub. ergo absolutio supponit excommunicationem: & eam petens fateri, se excommunicatum esse. sed hæc ratio non omnino probat: siquidem hæc argumentatio procedit à quadam præsumptione, quæ iure deducitur ad id, quod contrarium præcesserat ex eo, quia illud tollitur: non quod vere semper constat, nisi in naturalibus, & certis naturaliter. etenim si vere abscessit est Petro manus, sequitur omnino, & vere, Petrum habuisse manus. at in his, quæ natura certa non sunt, sed iure inducta, non constat argumentatio ex priuatione ad habitum, nisi præsumptione. liberatio siquidem instituta est ad tollendam obligationem: nec tamen naturali certitudine constat, eam semper fieri obligato: possibile sane est, quod facta sit non obligato. verum quia ius præmittit eam quo ad tollendam obligationem ad hunc effectum eam inducens: oritur argumentatio præsumptione quadam sufficiens, non autem omnino certa, quod liberatus prius obligatus fuerit. sic denique non est probata vere, & plene, sed præsumptione quadam iuris excommunicatio ex eo, quod quis fuerit ab ea absolutus. ita ipse colligo ex his, quæ late tradidit Bartol. & Docto. in dict. l. decem.

Tertio opinioni Barto patrociniatur, quod appellatione absolute simplicis in dubio simplicis est intelligendum gloss. in c. capitulum. de rescript. cuius nos mentionem fecimus in dict. §. 7. igitur petens absolute simplicem ab excommunicatione, simplicem petere videtur: quæ tamen non datur, nec dari solet, nisi his, qui sunt excommunicatione ligati. sed & hæc ratio eandem responsonem habet, quam præcedens, præsertim quia, etsi verum sit, semel excommunicatum, necessario indigere absolute (cum aliter excommunicatio tolli nequeat) non tamen ex contrario sequitur, absolutum ab excommunicatione, fuisse excommunicatum, etiam si absolutio fuerit simplex: cum plerumque solet peti ad tutiorem animæ salutem, & in dubio, an sit quicquam excommunicatus. illud. de cleric. excommu. ministr. Quam obrem ipse arbitror, duo vel tria esse omnino hic separatim adnotanda.

Primum